

## Turba. I.

## III

adderent vel demerēt: sicut et Joan. in Apoc. in fine. Negligit hoc igna-  
 missima hec nostra etas: in qua feces seculorū deuenerūt: culine sollicita:  
 literarū negligens: et coquos examinans nō scriptores. Quisq; itaq; pin-  
 gere aliquid in mēbranis manuq; calamū versare didicerit: scriptor: ha-  
 bebūt: doctrine oīs ignarus: expertus ingenij: artis egens. Nō quero: iam  
 nec quero orthographiā: que pridē interūt. Qualitercūq; utinā scribe-  
 rent quod iubent: appareret scriptoris infantia: rerū substantia non la-  
 teret. Nūc confusis exemplaribus et exemplis unū scribere polliciti sic  
 aliud scribunt: ut qd ipse dictaueris nō agnoscas. An si redeat Cicero  
 aut Livius multiq; alij veterū illustriū: ante oēs Plinius secundus: sua  
 scripta relegendes intelligent: et nō passim besitantes nūc aliena credent  
 esse: nunc barbara. Inter humanarū inuentionū tot ruinas litere sacre  
 stant cū maiori hominū studio: tū vel maxime protegēte sua sancta poe-  
 mata: suas sanctas historias diuinasq; suas leges: autore illarū deo: su-  
 amq; perennitatē suis inuentionib; largiente: reliquarū nobiliss. me pe-  
 reunt et iam magna ex parte periere. Sic ingētis damni nullū est reme-  
 diū: q; nullus est sensus: neq; id nouū hac in re virtutū et morū: damna  
 ingenia negligunt. cū tanto studio minorib; occurrat: literarū iacturā  
 inter minimas numeratis. Hactenus ex Francisco. Lamentat Perot-  
 tus in epla quadā negligentia impressorū et correctorū: quē videre pote-  
 ris: et reperies eosdē ad hanc pertinere nolam. Item in Francisco Pe-  
 trarcha cōtra eos q; dicāt libros et venā nō habēt neq; dictandī gratiā.

**S**eptima nola: Libros cōtemnere et proorsus abijcere. Sunt qui li-  
 terarū iacturā inter minimas (ut predictū est) numerant: immo qui nu-  
 merant inter lucra. Fuit nup (ait Francisco) nō in agris aut in siluis  
 sed in maxima florentissimaq; et qd stupeas vrbe Italie: neq; is pastor  
 aratorve: sed vir nobilis magniq; apud suos ciues loci: qui iuraret se  
 magno p̄cio empturū: ne qd vnq; suā patriā literatus incoleret aut in-  
 traret. Vox sarei pectoris: fert tale aliqd sensisse Licinius: infestus, li-  
 teris: ut scriptū est. quas virus ac pestē publicā noiabat. Sed origo il-  
 lū rustica forsan excuset. Etsi em vsq; ad cesareā nomen ascendisset: na-  
 turā tamē nō exuerat: verū em est illud Flacci: Fortuna nō mutat gen<sup>o</sup>.  
 (Der nūn mol ein rapen hūbt: würt doch kein falck doruf. Und der  
 ein suw satler: würt dannoch kein zelter) Sed qd de nobilib; dicam?  
 q; nō mō perire literas patiunt: sed exoptant voris. Equidē hic rei pul-  
 cherrime cōtemptus atq; odiū breuī vos in profundū ignoratiē demer-  
 serunt. Hec Francisco. Similiter recitat in fine cronice sue Bagum<sup>o</sup>  
 de Ludouico rege Francie: qui nostris tēporib; vixit, qui filiū suū Ca-  
 rolū hodie viuētem et regnantē huius nominis octauū: nulla eruditio-  
 ne latina institui voluit: existimans literas impedimento esse regnatib;  
 deq; se id iudicium faciebat: q; cū excellenti ingenio esset et plurima nos-  
 set: ad molestiam sibi eruditionem accedere dicebat. Simile de patre  
 Eberhardi comitis postea primi ducis wirttembergensis certo et vere di-